di pro nobis : Qui foris adhuc positi praestolamur . & diligimus ad
uentum eius : ubi notandum quod sicut quidam inmundi per legem .
prima . tertia & septima die iubebantur lustrari . Sic & primus . tertius
ac septimus mensis suis quiq. cerimoniis extitere sollemnes : Quinta
ebdomada septimi anni quo toto populus ab agricolandi opere legis
imperio uacabat . dicente dño : sex annis seres agrum tuum septimo
cessabis : sexta anni iubelei . hoc est remissionis ebdomada est . Quae
septem ebdomadibus annorum . hoc est quadraginta nouem annis
texitur : qua expleta . hoc est quinquagesimo demum anno incipi
ente tubae clarius resonabant . & ad omnes iuxta legem possessio
reuertebatur antiqua .

## VIIII DE EBDOMADIBUS SEPTUAGINTA PROPHETICIS

SEPTIMA SPECIES EBDOMADIS EST QUA PROPHE
TA danihel utitur : more quidem legis . septenis annis singulas
complectens ebdomadas . sed noua ratione ipsos annos adbreuians
Duodenis uidelicet mensibus lunae singulos determinans : Embolis
mos uero menses . qui de annuis undecim epactarum diebus accrescere
solent . non lege patria . tertio . uel altero anno singulos adici
ens . sed ubi ad duodecimum numerum augescendo peruenirent
pro integro anno pariter inferens : hoc autem fecit non ueritatis
cognitionem quaerentibus inuidendo . sed prophetae more ipsum
quaerentium exercendo ingenium . malens utiq. suas margaritas .
a filiis clausas . fructuoso sudore uestigari . quam pro fusas a porcis

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_1449/0097